



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 65. Aliud examen articuli: an sub duplici specie major recipiatur gratia?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.

§. LXV.

Aliud examen articuli: An sub duplici specie major recipiatur gratia?

Pallav. c. 7. §. 10. Et 11. Major inter inferioris Ordinis Theologos controversia movebatur circa alium Canonem, in quo quærebatur, *an sub unica specie communicans æqualem recipiat gratiam, ac ille, qui S. Eucharistiam sumit sub utraque?* Porro Patrum potissimum censebant, æqualem ab utroque recipi gratiam: verum hæc controversia haud adeo utilis videbatur, nihilominus Cardinalis Osius, & Quinqueecclesiensis Episcopus contendebant, nisi hæc quæstio decideretur, metuumdum esse, ne plures Septentrionales populi hætenus Ecclesiæ Romanæ conjuncti, sed illius relaxationis cupidi, si fortasse eam non obtinerent, & illa æqualitas gratiæ a Concilio non decerneretur, conflaturi essent schisma ab eadem Ecclesia, causantes, quod complures illius conventus Theologi existimarent, quoddam incrementum gratiæ per eam Ecclesiæ prohibitionem ipsis subtrahi, ex adverso autem huic tamen malo occurri putabant, si decisum fuerit, quod sub una specie communicantes æqualem gratiam recipiant, ac duplicem speciem sumentes. Nihilominus

nus

nus magis conspicuæ, ac potiori Patrum ^{Sæcul. XVI.} A.C. 1562.
 parti placuit, imitandam potius esse Synodum Constantiensem, quæ noluerat
 ea de re sententiam pronuntiare.

Ejusdem quoque opinionis erant Hispani Præsules, atque inter eos præcipue Granatensis, Bracarensis, Segovien-
 sis, Dertusensis, Salmanticensis, Franciscus Blancus Auriensis, nec minus eam partem Mutinensis, & Alme-
 riensis Episcopi propugnabant: nihilominus ferme omnes petebant, ut hi
 Canones ad methodum magis exactam revocarentur, addereturque aliqua ex-
 plicatio prævia doctrinæ, quæ lucem præferret, & omnia dubia amoveret,
 perinde ac fieri consueverat in Concilio sub Paulo III. & Julio III., idcirco partitæ
 sunt Patrum curæ; quippe cura Canonum, qui aut dogmata Fidei, aut er-
 rorum emendationem continerent, Cardinali Simonettæ demandata est, ad-
 ditaque ipsi opera Fuscararii, Blanci, Boncompagni, & Generalis Prædica-
 torum Magistri: Doctrinæ autem capita commissa fuere Osio, ac Seripando
 Cardinalibus una cum Episcopis Parisiensi, Clodiensi, Ossunensi, & Chri-
 stophoro Patavino Supremo Eremitarum S. Aug. Moderatore. Hæc hausimus ex
 literis, quas Synodi Præsides ad Car-

Sæcul. XVI.
A. C. 1562. dinalem Borromæum die quarta Julii
perscripserunt.

§. LXVI.

*Opinio Veglensis Episcopi circa Ca-
licis usum.*

Pallav. n. 13. Postmodum omnia hæc capita, ac
Canones ita confecti ad Patres die
quarta ejusdem Mensis Martii con-
gregatos deferebantur, ex illis tamen
pauci absque ulla oppositione appro-
bati fuere.

Pallav. c. 7.
num. 13. His peractis Albertus Duimius de
Glicis Veglensis Episcopus, seu ut alii
scribant, Augustinus Herdanus Anti-
stes exponebat, quod in Insula Cypria
ac Creta, & in aliis regionibus sint prope
sexcenta hominum millia, qui usum
calicis retinent, & tamen cum Eccle-
sia Romana conveniunt, adeoque cavend-
um, ne damnentur, quemadmodum
indicant verba capitum digestorum,
quod non modicam perturbationem ex-
citaret.

His dictis sic prosequatur: „Ego pu-
„to, quod clarioribus verbis Synodi mens
„sit explicanda, eo quod mentione facta
„de consuetudine, qua Galliarum Re-
„ges in coronationis suæ die Sacramen-
„tum sub utraque specie suscipere so-
„lent, hic ulus comprobari videre-
tur.